

ENCHIRI-  
DION PANDECTARVM  
OMNES DEFINITIONES,  
DIVISIONES, DISTINCTIONES,  
Sententias, & Regulas iuris, quæ  
Pandectis inseruntur, ordinata  
Titulorum serie obseruata,  
compræhendens.

PER DANIELEM VENATORIUM I.C.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-  
cerote, M. D. LXXX.  
Cum Priuilegio Cæs. Maiest. ad sexennium.

Coll. Soc. I. u. v. Salm. ex dono Regum.

*num. 43. cap. 7. num. 30.*

GENEROSO COMITI  
AC DOMINO, DOMINO  
IOANNI LVDOVICO, COMITI IN  
- NASSAVV, ET DOMINO IN VVIS-  
- baden & 112. Stein, &c. Domino suo obser-  
- uandissimo, S. D.



RAEclatū &  
laudabile est, ge-  
nerose Comes,  
ex antiqua He-  
roum profapia  
natum esse, iu-  
reque posse auitis  
virtutibus, doti-

busque omni laude dignis gloriari,  
quibus nō parum splēdoris accedit, si  
institutio recta, ad illustrandam intel-  
ligendi vim, q̄ ipsam voluntatē, cuius  
rectæ rationis iudicio parere, officii-  
um est, quid sequendum fugiendum-  
que docet, accommodetur. Etsi enim  
natura omnium cōmunis, optima sit,  
qua duce si cursum vitæ cōficere pos-  
semus, nō desideraretur doctrina vel  
eruditio: Tamen cū tenera ætas  
in deterius sit procliuis, & subinde

† 2 traſu

**ENCHIRIDION PAN-**  
**DECTARVM, DEFINITIO-**  
**NES, DIVISIONES, DISTINCTIONES,**  
**Sententias, Regulas, & Axiomata**  
**iuris elegantiora, quæ Pandectis**  
**inseruntur, iusta titulorum**  
**serie continens.**

*De iustitia & iure. Tit. I.*

**I**VS est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet, derivatum ius à iustitia, l. i. ff. de iust. & iure.

Iuridicæ doctrinæ duę sunt positiones, publicum & priuatum. Publicum ius est quod ad statum rei Romanæ spectat, & in sacris, in sacerdotibus, Magistratibusq; consistit. Priuatum est quod ad singulorum utilitatē spectat, d. l. i. §. huius studij.

Priuatum ius tripartitum est, collectum, etenim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus, d. l. i. §. huius studij. vers. priuatum.

Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, d. l. i. §. ius naturale.

Ius gentium est quo humanæ gentes vtuntur, d. l. i. §. ius gentium.

Differunt ius naturale & gentium quod illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est, d. l. i.

Quod quis ob tutelam corporis sui facit iure facere existimatur, l. vt vim.

A

Cum